

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3120

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

505

P A T R I S T I C I .

506

Cap. 18. lacunam habet, Librario in margine monente: *Multum deest;* sunt vero 6. circiter lineae a verbis: *Miserum te inquit, ad verba: sed quantum potuerit grauissime;* in graecis denique, quae sub finem occurunt, quorumque interpretatio cubat in margine, non pauca corrupta sunt. Ad calcem hujus Libri continuo

Fol. 33. Incipiunt Capitula libri Firmiani laetantij de opificio dei uel formatione hominis. Cententur XXI. cuius rationem mox reddam. Initium, ut alias: *Quam minime sum (sim) quietus etiam (et in) summis necessitatibus &c.* *Caput 3.* nobis incipit: *Unde ego philosophorum &c. quae in Edit. Paris. 1748. T. II. p. 76. revo-* cantur ad C. 2. usque ad verba: *Queruntur hominem nimis imbecillum.* C. 19. post verba: *quo uitam posset adipisci,* insertus est nobis spurius ille Locus, quem Editores *Paris. p. 123.* in Notis referunt, quique nobis a verbis: *Ante omnia diuersitatem uoluit esse &c.* *Caput 20.* constituit inscriptum: *Cur deus dedit spiritum temptatorem;* unde necessario *Capita XXI.* conficiuntur. Ad calcem invenies: *Bntpnkxs df Crkxslks dfk grbtkb scrkpstt bxnc lkbrxm dfk XII kbnxbrkk 1433.* et observato artificio leges: *Antonius de Crivelis dei gratia scripsit hunc librum die XII. Januarii.* Adpicta fronti Insignia Regni Castellae haberi possent, nisi Castelli Porta rubra, area vero caerulea foret.

CCLXXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 1670
 Folior. 249. f. probe in Italia descriptus, rubricis distinctus et prius Bibliothecae Civicae Vindob. complectitur I. L. Caecil. Firm. Laetantii Libros VII. Divinar. Institutionum a nobis saepius utroque Vol. indicatos, quorum Primus incipit: *Magno et excellenti ingenio uiri &c.* Adcuratum est non ab uno Exemplar; plures enim manus distinguas, quae in marginibus Argumenta, Lemmata, Notulas adjecere. Una earum variam etiam Lectionem subfecit, non semper observatam *Parisinis* quoque *Laetantii 1748.* Editoribus. Ita in Praef. ubi habetur: *cogitatio affequeretur humana,* addit: al. *cognitio.* Item: *ob insitam sibi austoritatem, al. au>oritatem.* *Cap. V.* φαντα apparentem nominat, al. illuminatorem. Item concipere animo, al. conspicere. Item praestantissimam potestatem, al. potentem. Item eguerit auctore, al. genuerit auctorem. Item infusa per artus, al. effusa. et sic ulterius plura, quorum quaedam expendi merentur. Ad calcem adjecta sunt honorifica *Laetantio* testimonia Hieronymi, Augustini, et Laureati de Officio Religiosorum, cuius postremi locum exscribo: *Laetantius firmianus et ipse uir magnus in eo libro, quo gentilium erroribus exarmatis fidem nostram, quantum quivit, armavit, omnemque hanc deorum scenam mirabili et laudabili curiositate detexit. In eo opere Augustino et alijs sequentibus*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3120

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

507

C O D I C E S

508

tibus uiam fecit. Quomque multa de prima deorum inuentione differuerisset, sic adiecit: Denique ipsi reges, quom cari fuissent ijs, quorum uitam composuerant &c. quae sunt verba *Laetantii* L. I. c. 15. Quis vero *Laureatus* ille? Quod Scriptum ejus de *Officio Religiosorum*? Ne te teneam, Lector! *Franc. Petrarcha* est, Poeta *Laureatus*; Scriptum ejus *Libri II. de Otio Religiosorum*, qui extant in edit. *Opp. Basil.* 1581. p. 294. f. Locus ipse habetur L. I. p. 302. at quantum diversus! Ita nos naso suspendunt Librarii.

II. fol. 179. praemislo *Hieronymi* loco e *L. de Viris illustribus*, qui est Caput LIII. Incipit *Appollogeticum Tertulliani*. Ita quidem: Si non licet vobis romani imperij antistites &c. Textus cum edit. *Havercamp. Lugd. Batav.* 1718. paucis demitis minutis conspirat. Ita C. 1. habet: et aperto et edito pro in aperto et edito; dein: si ad hanc solam (caussam) pro si ad hanc solam speciem; item: iniquitatis et odii pro iniquitatis odii; tum: cum agnoscitur pro cum cognoscitur; demum: tamen hoc ipso pro tamen hoc ipso modo. In calce adjectit Librarius:

*Contigimus portum, quo mibi cursus erat.
Siste gradum.*

III. fol. 214. sequitur *Fabularium*, seu *Mythographia* in Capita 173. tributa cum *Probemio* et *Prologo*, quorum illud incipit: *Fabulas poetæ a fando nominauerunt. quia non sunt res factæ sed tantummodo fide.* Quae ideo sunt inductæ, ut fictionum mutorum animalium inter se colloquio imago quedam uitæ hominum nosceretur. *Has primum inuenisse traditur alcimon crotoniensis.* Unde hoc Nostræ? Dividit dein Fabulam in *Hispicam*, (*Aesopicam?*) seu Sermonationem Animalium inter se, et *Lybisticam*, seu Confabulationem eorum cum Homine; item in *Fabulas* aut delectandi caussa, aut ad explicandam Rerum natram, aut ad Mores informandos fictas, hancque divisionem illustrat exemplis e *Mythologia*, *Horatio*,

L. Judicum et *Demosthene* petit. *Prologus*, qui agit de Ortu falsorum Numinum, eorum Nomibus et Stoicorum de uno Deo Sententia, incipit: *Hi quos pagani deos afferendo uenerantur: homines olim fuisse produntur &c.* Caput I. inscriptum *Fabula Saturni* ita init: *Saturnus celii & polluris (Pollucis) filius, opis maritus deæ, Senior uelato capite, falcem ferens pingitur &c. Fab. Planiad. Fulgentius* L. I. *Mythologici* sui c. 2. ita orditur: *Saturnus Pollucis filius dicitur, Opis maritus, senior, velato capite, falcem gerens &c. Vides igitur, Mythographum nostrum uti Fulgentio, idque conferenti per totum patet.* Ita c. 31. de Venere: *Concam marinam portare pingitur. quod buius generis animal toto corpore simul*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3120

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

509

P A T R I S T O I C I .

510

simul aperto in coitu misceatur; quae verba sunt Fulgentii L. II. c. 4. Poenam igitur talionis hic luit, qui eodem modo non pauca transcripsit ex Hygino. Unde cetera sua corraserit Noster Fulgentio in Graecis haud felicior, ignoro. Interim fortasse tamen meruisse ab Auguſt. van Staveren Audorib. Mythographis lat. Lugd. Bat. 1742. 4. addi.

CCLXXXI.

R. 60 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 208. f. perquam nitide scriptus, etiam si Graeca species, purpura distinctus, et litera cujusque Libri prima eleganter deaurata et picturata complectitur. *L. Caecil. Firm. Laetantii Divinarum Institutionum Libros VII. praecedentibus de Autore judiciis Augustini et Hieronymi, et praefixo singulis Libris Capitum Elencho, nec non adstituta in margine locorum graecorum interpretatione, et quibusdam observationibus, ut adeo adparatu pluribus Editionibus non inferior. Titulus purpureus L. I. sic habet: L. Coelij Firmiani Laetantii Divinarum Institutio- num Liber Primus. Initium: Magno et excellenti ingenio viri cum se dobring &c. Ita et reliqui Libri usque ad VII. finem: quod ipse promisit a Domino consequamur; cum Edit. Paris. 1748. 4. etiam lectione plurimum conspirant, nisi quod Graeca quibusdam locis minus sana sunt. In Praef. ubi Edita habent: Erant illi quidem veritatis cognitione dignissimi, legit*

Noster a prima manu: *Erant qui- dam illius ueritatis &c. non prorsus ἀλογως; neque tamen in am- plissimis licet curis Brunii et Len- gleti varietatem hanc inveni. Codicem Florentiae in elegantissimo- rum Sec. XV. Απογεαφω Patria exaratum fuisse et manus suadet, et, qui p. 1. notatus est, Posseſſor Julius Landus, cuius fol. 3. etiam comparent Insignia. Quis vero is duorum Juliorum sit, quo- rum J. B. Donius in Libraria sua Venet. 1580. p. 24. 12. memi- nit, illene, quem familiarem Hippolyti Medicis Card. et Scripto- rem della Formaggiata et Vita d' Esopo facit, an Comes ille, quem delle Attioni morali tractasse testa- tur, ignoro.*

CCLXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 66 Folior. 78. 4. min. currente ca- lamo, sed sat nitido scriptus, ma- nu Felicis Feliciani Veronensis, ut habes fol. 41. primis utriusque Traetatus paginis charactere un- ciali diversicolore exaratis, et a. 1642. emtus a Christoph. Corrado Senicensi continet: I. L. Caecil. Firm. Laetantii Librum de Ira Dei ad Donatum. Praeit Elenchus Capp. XXIII. Initium est: *Animad- uerti saepe Donate plurimos id existimare &c. Finis: et nunquam uereamur iratum. Textus sat cor- rectus; diversam saltem lectionem jam Editores Parisini 1748. T. II. adnotarunt. Loca graecorum Autorum latina solum versione mi- nio scripta repraesentantur; C. ta- men*